

3398 Gal. Tettienus Pardalas¹ et | Tettiena Galene trestylum | sua pecunia fecerunt item simulacra Castoris | et Pollucis municipibus Asisi-natibus don. deder. | et dedicatione epulum decurionibus sing. X V², sex-vir. X III, | plebei X IS dederunt. | S. c. l. d.³

Asisii (XI 5572 vidit Bormann). — 1) *Libertus videtur fuisse Galeonis Tetti-eni Petroniani consulis a. 76 (cf. supra N. 1995) aut Galeonis Tettieni Severi (cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.).* — 2) *Singulis denarios quinos.* — 3) *Senatus consulto locus datus.*

3399 M. Ael. M. f. Rusticus rector, | imm. II, hón. III¹, | in diem vitae suae | mesoribus mach. f. p. | quib. ex s. c. coir. lic.², | Castores d. d. | et ob dedicatione | dedit sing. X II³, | L. Faenio Fidele | qq. II.⁴ | Dedic. XV kal. Iún. | Saturnino et Gallo cos.⁵

Romae (VI 85; in gemello lapide eadem paene est inscriptio, utramque vidit Henzen). — 1) *Immunis iterum, honoratus tertium, scilicet in corpore mensorum, cuius et rector fuerat.* — 2) *Mensoribus machinariis frumenti publici, quibus ex senatus consulto coire licet.* — 3) *Singulis denarios binos.* — 4) *Quinquennale iterum.* — 5) *A. 498.*

3400 d. d. flaminica Viennae | tegulas aeneas auratas | cum carpus-culis et | vestituris basium et signa | Castoris et Pollucis cum equis | et signa Herculis et Mercuri | d. s. d.

Viennae Allobrogum, litteris primi p. Chr. saeculi ineuntis (XII 4904 vidit Hirschfeld). — *Tabula cum integra esse videatur — certe fractam eam esse nemo adnotavit, initium inscriptionis (cum nomine flaminice) fortasse in alio lapide scriptum erat.*

3401 Iovi praestiti | Hercules Victor dicávit, | Blandus pr.¹ restituit.

Tibure, ara marmorea litteris pulchris (XIV 5555 vidi). — *Romae erat ara, quam Ail Evḡes̄t̄ (sic Dionysius; inventorem Iovem, appellant Solinus et auctor de orig. gentis Rom., quod versum puto ex Graeco) id est nisi fallor Iovi Praestiti posuisse ferebatur Hercules propter boves a Caco recuperatas (Dionys. 4, 59, Solin. 4, 7, auctor libelli de orig. gentis Rom. c. 8).* Similis ara fuisse videtur Tibure quae urbs praecepit Herculi sacra credebatur (cf. CIL. XIV p. 567 et infra N. 5414—5418); *eam aram temporibus Augusti vel Tiberii restituit Blandus nobilis Tiburtinus (cf. not. 1).* — 1) *Est C. Rubellius Blandus, qui supra N. 496. 5098. Tiburtinum eum fuisse indicat Tacitus ann. 6, 27. 14, 22.*

3402 Hercules invicta, Catius¹ hoc tuo donu[m libens]
numini sancto dicavit praetor urbis²,
cum pia sollemne mente rite fecisset [sacrum],
tradidisti quo Potitis³ Euandreo [saeculo]
administrandum quodannis hic ad a[ram maxim]am.

Romae rep. una cum iis quae sequuntur prope ecclesiam S. Mariae in schola Graeca (sive in Cosmedin), ubi hodie dicitur ‘piazza Bocca della Verità’ (VI 543 vidit Bormann imminutam, pleniorem descripserunt Iucundus aliisque. Buecheler carm. epigr. n. 228). Pertinent hi tituli ad aram Herculis in foro Boario sitam,